

Konrad Samuel Schurzfleisch


## **Iudicia de novissimis Prudentiae Civilis Scriptoribus Ex Parnasso**

Martismonte: Excudebat Saturius Stepabhius, 1669

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787619744>**

Druck Freier  Zugang






D. 51 p. Fav. 8. p. p. p. p.  
 Pr. 686 p. Fav. 1. p. p. p.  
 Pr. 181 p. Catal.  
 Pr. 68 p. Fav. 7. - n.  
 Pr. A. F.  
 A. - L.  
 72 p.  
 Pr. Fav. 2. 199 p.  
 Pr. 45 Catal.  
 A. F.  
 A. B.

N. L.  
 G. H.  
 25. 6.

1. p. p. p.

10 & Bc. - 1091. <sup>1-11.</sup>




Q.

8 p. f.  
3 h. f.  
2-2

1799

1-11



Ex Testamento Scheffliano

*F. v. J.*

Content hoc Volumen.


- S- 1. Leibnizii memorabilia Bibliotheca Noriburg  
C- 2. Mart. Hareki Scriptores graeci rerum  
Byzantinarum.  
II- 3. Gasp. Scioppi Poetica politicae et  
Gabrielis Naudai Bibliograph. polit.  
C- 4. Balthaf. Bonifacii d. Scriptores historiae  
Romanae. Sigonius de iisdem.  
E- 5. Rivet d. civili philologiae et eorum scriptoribus  
B- 6. Thomasius d. plagis literariis.  
B- 7. Ejusdem Accessiones.  
B- 8. Vincentii Placcii d. Scriptores Anon.  
nymis et pseudonymis.  
B- 9. Joh. Bradii Catalogus autorum supposititiorum  
B- 10. Geister d. anonymis scriptoribus.  
II- 11. Saremasti iudicium d. novissim. pruden-  
tia civis scriptoribus.



Böner Sc.

A





10

Judicia de novissimis  
PRUDENTIÆ CIVILIS  
Scriptoribus  
EX  
PARNASSO

Cum  
Eubulo Theosdato Sarckmasio,

ALBIPOLITANO

ingenuè communicata.

*Vallejus II. XXXVI. 3.*

Vivorum ut magna admiratio, ita censura  
difficilis est.

*Martismonte,*

Excudebat Satorius Stepabhius.

Anno clc lxx LXIX.

**S**I vel ulla æmulatione invidiæ, vel cupidine ambitionis, vel suspicione odii hoc ingrederer institutum; haud dubitarem, quin reprehensionem Parnassi, & omnium Musarum incurrerem. Nunc cum ipse Sanctioris hujus Consilii Præses meum sinceri sui admiratoris animum plus satis habeat perspectum, eas mihi partes imposuit, quas sapientissimus quisque, opinor, declinaret. Sed cum ejus causa quicquam defugere, religio, quæ ille teneor, prohiberet; censui, mihi ad conscientiam satisfere, obsequium & amorem parendi. Livorem alioquin odi, & injuriam detestor, nec facio cum illis, quibus, ut non nemo ait, insita natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere. Interea hanc, quam molior, censuram Principi censorii tribunalis, & supremo pariter Sapientiæ Sætyrica Arbitro, Apollini, sacram esse volo.

Tac. II.  
H.

I. H. CONRINGIUS.

**S**meritò summus rerum Germanicarum Doctor audit; quippe cui id communis nostræ patria haud dubiè acceptum feret, quòd non de facie modo, sed etiam de animo, & multò exquisitiùs, atque antehac, noscere se ipsam cœperit. Multa equidem, fateor, Limnæo debemus, sed plura, nisi fallor, Conringio, diligentissimo ut cæterorù, ita præcipuo Limnæi Censori. Nam hic & nimis sæpe liberaliter multa ex aliis colligit, & tabulas publicas subinde allegat, nulla fide, nullo assensu, nullo calculo dignas. Nec pauca, ut molliter dicam, in ipsa Carpozovii Lege Regia desiderare oculatissimum virù accepi. Sed neq; una vice M. Goldasti, Prytaneo, dum vixeret, digni, in recèndis sanctionibus publicis credulitatem accusat, & ita accusat, ut causam non finxerit, sed invenerit. Verum hic legem mihi ponit Pallas, & ut manes optimorum Virorum quiescere sinam, vel ipso Conringio internuncio, me jubet. Unum addam, quod de ævino nostri Papyrio summus Polyhistor Argentinensis Böclerus identidem satis confidenter affirmat, eù, si Civili tantùm prudentiæ se consecrasset, planè sine exemplo futurum fuisse. Inter cætera ingenii argumenta, luculentissima de origine juris Germanici, & de finibus imperii operatoties miror, quoties lego. Tabori, qui litem ipsi inutilem movit, & magno, si diis placet, ejus Vindici ad Lanum, Malcomesio meliorem omninò mentem precor. Huc enim lucis jam tum nostro sæculo venturum

V. diff. de  
German.  
Imp. Ci.  
vib. 1br.  
40.

tum est, ut doctos merito suppudeat veterum illiusmodi nœniarum,  
& si rectè judico, ad loquaces mulierculas pertinentium, aut certè ex-  
quisitori animo indignarum maximè. Dumque has tædet referre in  
præfens, optandum erat, ut per otium liceret de præclarissimis No-  
stratis Politici dissertationibus aliquid commentari. Sed hoc conan-  
ti, pauloq; liberius censenti superveniebat Apollo, & jam illi πολυ-<sup>scilicet</sup>  
πραγμοσύνη; jam justo vehementiorem animi cum erga Wasmuthi-<sup>ait Pom-</sup>  
um, tùm erga alios, ut causabatur, innocens impetum, solito audaci-<sup>ponius</sup>  
ùs exprobrabat. Sed ut mitiori ingenio est Mercurius, ita caduceo or-<sup>Culpa est</sup>  
natus, in medium prodibat, iudicium paulò mollius in sancta illa Co-<sup>immisce-</sup>  
rona interpositurus. Nimirum hæc atq; talia non esse tanti affirma-<sup>re se rei</sup>  
bat, ut propterea summam in rebus civilibus partam famam suggil-<sup>ad se non</sup>  
lare cuiquam integrum sit. Quia mihi & omnibus, qui pace Apolli-<sup>pertinen-</sup>  
nis Sanctiori Concilio aderant, id firmissimis approbare rationibus  
fatagebat. Scilicet alia Theologo, alia Politico mensest; illi ardor,  
huic moderatio utramque paginam facit. Nam ut hodie mores sunt,  
plures utile, quàm honestum, quæstuo sa, quàm sacra, spectant, cum  
certè non deberent spectare. Verùm enim verò nefas est, omnia, quæ  
sentiam loqui. Amarus cibus est veritas. Quàm paucissimi capi-<sup>tit. 36.</sup>  
unt, pauci cupiunt, plurimi oderunt. <sup>D. de R. L.</sup>

## II. J. H. BÔCLERUS.

Hunc & eloquentiæ, & cultoris omnis scientiæ delictum non im-  
merito dixerim. Iudicium rerum civilium in Museo haud obscuris  
testatus iudicium est. Plus uni Grotio, quàm omnibus Salmasiis, plus  
uni Forstnero, quàm omnibus Gruteris Lipsiisq; vindicat. Nec sine  
causa. Plurimum enim refert, Literatorem à prudente, Criticum à  
Politico discerni. Ille discit scholæ: hic vitæ: ille docet umbræ, hic  
aulæ. Ille apicibus omnia metitur, hic nervis. In quod hominum  
genus nolo jam in vehi, ut qui tineis & blattis sua consumenda scri-  
bent, non utenda publico bono. Dum verò Bôclerus hoc sibi in alios  
iudicium sumit, ego id mihi in ipsum; ut non erubescam dicere, e-  
jus in Tacitum curas plus compositæ orationis quàm spiritus habere.  
Forstnero se ipsum faretur inferiorem, dum omnibus præfert Forst-  
nerum, quippe qui cū scientia experientiam, cum experientia agen-  
di dexteritatem habuit conjunctam. Hæc Minerva mihi dixit in au-  
rem, & scribere imperavit. Cui eò libentiùs obsequor, quod eam in  
confessu publico omnes perspicaciorem, nescio, an veri amantiorem

Deam venerarentur. Sed esto, inquit Mercurius. Scribat sapè in rebus  
morum frigidè, definiat controversia: juris naturalis & gentium per-  
plexè, decidat dubitanter. Nemo tamen eo vel ter sis us loquitur, vel  
elegantius sua percenset. Provoco, pergit, ad historiam Caroli M. &  
sequiorum temporum, in tantum laudandam, in quantum & nitor  
styli, & divina vis iudicii intelligi possunt. Dabo hæc omnia cum  
Palladis interprete, habebò pro certo, rerum civilium, historiarūq;  
omnium scientissimum esse Bôclerum. Ista tamen nunquam potero  
adduci, ut credam, cum Forstnerianam mensuram implevisse Flo-  
quentia & lectione majorem esse, facile largiar; at prudentia longè  
illi posthabendum, nō affirmabo solūm, sed etiam propugnabo. Re-  
tulerunt mihi quoq; familiares ipsius, magis ex commentariis, quam  
ex ingenio sapere; præsentia quoq; laudes & famam longo tempo-  
re collectam plus semel minuisse; tūm & negotiis publicis se immi-  
scuisse, in quibus vel parum fuerit versatus, vel studio partiū omnia  
scripserit. Jus etiam homines proprios faciendi adeò malè defendit-  
se, ut jam, quanquam ferò, mallet se ea defensione abstinuisse, quippe  
qua & Politicorum, & repurgatæ religioni addictorum offensam  
conflavit longè maximam. Sed facta non possunt reddi infecta. In-  
posterum spero, cautiorem futurum, & aliis aliena relicturum. Nil  
hic dicam de certaminibus, quæ cum jureconsultis Argentinensibus  
velut alter Hercules, conferuit. Nam ea tantum abest, ut improbem,  
ut quoq; commendem susceptas pro salute cultioris literaturæ di-  
micationes. Ad postremum ejus in H. Grotium æstimanda animad-  
versio est. Tametsi verò nolim inficias ire, ipsum studio antiquitaris  
nemini concedere, & vel præstantissimo cuiq; in hac arena palmam  
dubiam facere, tamen, si ab elegantia styli & peritia historiarū, præ-  
sertim Romanarum, discessero, haud fortasse dissimulaverim, mul-  
tos æquales, plures etiam superiores habere. Certè D. Caspar Ziegler  
de sanctiore Provocationum Concilio, quod Dresdæ est, & de  
Wittebergensi Academia supra, quàm dici potest, meritis, cum ner-  
vosa scribendi brevitate, tūm insigni & prope admirabili divinarum  
humanarumque rerum notitia omnes in Groetium annotatores, & i-  
psūm, si libere loqui placeat, Bôclerum faciliè antecellit. Nolim tamè  
ingratus esse erga virum fama meritisq; clarissimum, & in seculi, ac  
ipsius Germaniæ gloriam natum. Qui ut majorem laudandi, quàm re-  
prehendendi materiam præbet, ita documento posteris erit, summos  
bonq;

*Vil-  
d-  
sangia-  
tus dici-  
tur. Conf-  
ej. Vindi-  
cia Vindi-  
anta.*

quoq; viros nil humani à se alienum putare debere. Satis de Boeclero, cujus irritare patientiam, audacis, laudes minuere, ingrati poterat videri. Jam cura aliò vertenda est.

### III. SEVERINUS DE MONZAMBANO.

Sub nomine ad Italarum linguam composito latere voluit, ut & ingeniosius tegeret Germanum, & liberiores Italarum in judicando mores tutiori exprimeret conatu. Nitidè omnia descripsit & succinctè. Moyer in eo diserta prudentia suos lacertos, & dignum aliquid hac literum luce promit. Formulas illas ex schola nò quidem nescivit, sed prudenter neglexit. Hoc enim & mascula Veterum sapientia exigit, & laudi horum temporum ex assè convenit. Castigavit eum Schookius, sed dignus, qui vicissim castigetur. Fortasse tamen cum infirmitas ingenii, quam morb<sup>o</sup>, dum in Monzambanium commentaretur, attulit, doctioribus excusabit. Scriptor Fleuthero politanus impolitus & informis, & propter ariditatem tædiosus est lectu, nec cum illo unquam in comparationem gloriæ referendus. Quandoquidem parum, aut nihil in hoc deprehendo, quin scholam oleat & lacunas. Adeo omnia à nativo prudentiæ cultu abeunt, ut nil ibi videam, nil legam, nisi fractum aut elumbe, aut saltem ascitum atq; peregrinum. Proximus illi Pacificus à Lapide est, multis notatus, paucis intellectus. Miror utrumq; à multis carpi, & fideliter tamen à carpentibus describi. Nempe id hodie solenne est, ut scriptor scriptori tenacius insistat, & dum ipse non habet, unde se ornet, aliis plomis veniat ornatus, Veritati & omnibus bonis fucum factururus. Sed hoc aliò pertinet. Jam quid in Monzambano quoq; desiderem, est promendum. Sanè vel stupidissimus colliget si non omnia, tamen potissima ejus, & quæ præcipuam laudem mereantur, ex fontibus Conriugianis derivata, & in ejus areolas, alioqui steriles futuras maxime, recepta esse. Sæpe etiam sibi non satis constat, & sine judicio quosdã culpatur, quosdam celebrat, prout suo in quemq; trahitur amore. In Palatinos & Svecos non obscura ejus sunt studia. Parùm sæpè æquus in Austriacos & mordax simul deprehenditur. Saxones cur minus laudaverit, nulla fuit causa. Imò is exprobrat, quæ non assequitur, reprehendit, quorum abstrusas aut non voluit, aut non potuit intelligere rationes. Sanè illam de forma Imperii Controversiam non minus infeliciter excitavit, quàm jejune decidit. Hic temerarii consilii fructus, hic præcipitari judicii exitus est. Fortasse hunc Nicri colorem frigi-

frigidus Septentrio in posterum temperabit. Interim suam Monzambano nostro laudem minimè inuidebo, quippe qui tam politè scripsit, quàm pulchrè subinde iudicavit, palmam novitiorum plurimis prærepturus, si à scribenda Satyra abstinuisset.

#### IV. PH. A. BURGOLDENSIS.

Exemplum hominis ultra sortem audacis, & non modò nimis liberè, sed etiam sapiissimè minus rectè de rebus imperii iudicantis, nescio magis intempestivâ scribendi libertatem, an dictatoriam quandam animadversionè prodere posteris voluerit. Mirù dictu, quàm expilet omnia & cõpilet, carpat & decerpat. Si quid boni, si quid nitidi habet, non sibi, sed aliis refert acceptum. Duces Limnæum, Conringium, Monzambano, G. Horniũ, & innumeros propè alios, ipse fidelis sequitur comes. Tum verò auctorum, quos exscribit, iudicium non semper capit. Nec stylus sua gaudet forma, & res ipsæ sæpe, ab eo sine delectu & cura congestæ, limam omninò accuratiorem desiderant. Ampliùs observo, eum Origines juris Germanici ex rivulis magis, quàm ex fontibus deduxisse. Reddere, ut famâ accepi, nobis conatur alterum Forstnerum. Sed fortè conatur. Sunt, qui censeant, summum in Aula Wittenbergica gradum affectare. Alii omnem terram, quæ ipsum amplexa fuerit, patriam fore perhibent. Fortè tamen Puffendorffio Holmiam nuper accito mavult succedere. Nam de ambitu ejus longè lateq; percrebuit fama. Nisi plura tam malè cohærent, dicerem, ipsum nec Conringium seu ore, sive manu eum excoluisse. Affert n. quædam observatu digna, & à sanctioribus imperii Teutonici arcanis non multùm aliena. Nec tamen omnem ipsi laudem detraxerim, quam illi vel curiositas, vel peregrinatio, vel literarum cū gravioribus ministris commercia, vel sermones cum aulicis familiares pepererunt. Antiquitatis Germanicæ scientiam pænè omnem Conringio debet, & partem ejus Bôclero, viris non in hujus seculi, sed omnis quoq; ævi gloriam genitis. Laborem, quem in Sanctione Westphalica collocavit, non possum, nisi invidus, improbare. Nam ut multa sint, quæ ibi desiderem, tamen omnia simpliciter damnare, non nisi insipientis foret. Ordini, quem exhibet, egregiè insistit, rerumq; cum ad salutem, tum ad fundamentum Imperii pertinentium causas præclarissimè aperit, explicat, illustrat. Liberè loquitur, libe-

*Tac. IV.  
Annal.*

raliter iudicat, & ficto nomine invidiam vitat. ratus, periculosum esse, omnia arguere ex propinquo. Sæpe tamen allegandis ex trivio, &

tam

tam à sanctitate hujus instituti, quàm ipsius dignitate argumenti alienoribus infudat, quæ si præcidisset, & rectius & sapientius meo judicio fecisset. Scilicet non semper spernendi sunt centones, cum melior vestis non est in promptu,

5. CYRIACUS LENTULUS.

Acri, ut mihi videtur, judicio pollet, nec quidquam deest ad orationis cultum. Plura fortasse legit, quàm alius quispiam. Forstnerus tamen & experiendo felicior, & accommodandis exemplis longè ipsò superior fuit. Berneggerum cur illi posthabeam, multæ mihi causæ suppetunt. Nam ut noster plus falis, ita ille plus centonum habet, & perrogatis Parnassi sententiis, meretur, ut propter iniquam Pacis Pragensis censuram, rerumq; imperii imperitiam, cum justo Asterio derideatur. Cæterum Conringio in rebus Civilibus, Boclero in Historia Romana Lentulus noster proximo statuendus loco est. Parùm etiam censeo abesse, quin in plurimis ad Admirati acrimoniam feliciter cæteris accedat. In Tacitum dum commentatur, & minus ascita dictione utitur, & diffusus differit, & convenientissimè judicat. Verum ad lucem, juris Germanici, quod publicum dicimus, ejus acies non minus hebescit, quàm Schoockii ad aspectum Monzambanii. Ejus de jure belli ac pacis opus infra magnitudinem Grotiani judicii est. Stylum pulchra subinde imitatione expressit; sæpe tamen aliquid exfordibus asciti sermonis aspergit, & linguarum non semper ingenium satis rectè discernit. In qua parte cum Præceptore Boxhornio paria non facit. Apicem Gloriæ Romanæ, quem sic inscripsit, vix dixerim, gloriæ literariæ fastigio convenire. Pleraq; n. tumultuariè compilata, quædam confuse inserta, alia aliis laborant modis. Industriam tamen non reprehendo. In ordine verò & cura multum desidero. Tum & quædam in hoc opere veluti primoribus labris attingit, nec ex instituto, ut par fuerat, persequitur. Adhibet etiam subinde vocabula præter morem Latinorum. Historicos excerptisse, si obtendas; monuisse in rem fuerit, in hac parte laudes vinci à Lamberto Danæo, felicissimo illo compilatore. Quæ ex jure civili & oratoribus collegit, gloriæ D. Godofredi nulla ex parte respondent, nedum, ut æquari debeant. Cujus in Senecam Scholæ (vulgus Locos Communes vocat) immane quantum post se relinquunt curas Lentulanas. In studio compilandi Poetas, Neuhusio, & multis Veterum fascies summittit. Quæ ad jus Pontificium annotavit, ne comparanda quidem sunt cum



cum iis, quæ meditata sunt Zieglerus, summum Witebergæ decus. In censura Patrum vix primas lineas duxit, Labbæo, Thalæo Gronovio, Hornio jure meritoq; postferendus. Sed ea cura ut à Politici officio quodammodo abhorret, ita ex lege prudentiæ eam se alieniorem censere debuisset. Habent Politici, quod agant, Theologis sua relinquunt, & existimationi in posterum meliùs, atq; hætenus factum est, consulant. Verùm hæc jam exequi, mihi non est destinatum. Laude interim sua ne quicquam fraudaverim Principem ejus Absolutum, Aulamq; Tiberianam, & alia medamenta civilis prudentiæ. Quamquam nec ejus esse dignitatis facillè dixerim, ut quæquam in sui admirationem convertant.

#### 6. SAMUEL RACHELIUS.

Facile de hujus ingenio cognoscet, qui Commentarium in officia Ciceronis nuper editum paulò intentius lustrabit. In quo ad nauseam penè laudat Bôclerum; non quod hunc non censeam dignum laude, sed quia tam amplum juris gentium ambitum in arctum unius cerebrum cogere, & auctoritate potius, quàm ratione mihi velle videtur. Siq; liberè, quod sentiam, aperire instituerem, sine invidia dicerem, majorem esse titulo, quàm effectu, & magis verbum, quàm solidum. Magnum sanè Doctoris juris naturalis & gentium insigne est, dummodò huic paria specimina edantur. Sed non omnes qui thyrsum gerunt, sunt Bacchi. Nec sola laurus Poetam, nec barba Philosophum, neq; titulus prudentiæ facit consultum. Eloquentiam, si quædã ascita exceperis, non simpliciter improba verim: licet eloquentiam magis sæpe commendet, quàm exerceat. In judicio enim aliquando haud abs re quid desideraverim. Animadversiones in Grotium promisit. Sed expectationi fortasse tantum non satisfaciet, promissis, quàm opera, melior scriptor. Ex unguibus leo, ex factis vir cognoscitur. Curam illam vix mihi approbabit, qui videam, eum in enucleandis juris naturalis & gentium principiis duces sequi parum fidos aut certè aliquando ancipites, & non rarò planè mutos aut cæcos. Non ausim tamen quicquam de Grotianis illis pronunciare, cum de iis, quæ non viderim, satius putem, judicium suspendi. Quòd Ciceronem Tacito longissimè anteponat, & infirmi judicii, & parum versati in Tacito hominis argumentum est. Interim probo Rachelii conatum, si vel maxime huic non semper responderit eventus.

#### 7. NICOLAUS MARTINI.

Huic facile erat, refutare Auberium Gallum; postquam Henricus

Kipping seu illi paraverat viam, seu, ut ita dicam, fregerat glaciem, quò minori periculo tam arduum iter susciperet. Et Kippingū quidem in historia, Conringium in iudicio civilium controversiarum habuit præceptorem. Utut nolim diffiteri, magis valere ingenio, quàm Kippingum, compilando, quàm iudicando, feliciorum. Spondet tamen Virum, si nondum est, & præterit si vixerit, politicū haud vulgare, & iudicio vel ipsius doctissimi Thomasi perquam æstimandum. Stylus moderatè cultus, oratione sæpe ad audaciam deest nihil. Quanquam subinde veniat in mentem mirari, cur ductu atque auspiciis Bocleri, non multum ultra vulgarem eloquentiæ mensuram profecerit. Sed hi nostrorum adolescentum sunt mores, properare ad controversias, discere ineptias, literas humaniores spernere, & ea, in quibus studiorum vertitur salus, præ cæca quadã ambitione negligere. Gratulabitur sibi noster, si aliã, ut debuit, insitit viam. Nolim interea prætereire, cum certare sæpe argumentis minimè levibus, & instituto suffecturis. Nec planè, ut apparet, in iure naturali & Gentium hospes fuit. Tùm verò accuratè identidem loquitur, & robur magis dicendi spectat, quàm inutilem & fastidiosum quorundam ornatum. Ad extremam, nisi quædam Gallica suis inferuisset, haud dubiè nescivissem, eum Lingua Gallica loqui potuisse. Cæterum hic Gallus quomodo conciliabitur cum Latino, ne dicam Germano? Verendum sanè est, ne alius alium expellat, dicam, an excutiat. Sed de hoc ipse viderit. Meum jam est de rebus magis necessariis laborare.

8. SAMUEL PUFENDORFFIUS.

Multos habeo auctores, & præclare de eo semper existimasse Conringium, & optimè sperasse Boclerum. Hunc Lipsia, optimorum subinde alitrix ingeniorum, accepit & formavit, Heidelbergam perfecit dignumq; habuit, quem velut per coloniam post Scheferum, mitteret ad Sveonas, qui redditum in eo sibi Bòclerum & affirmant certatim, & gratulantur maximè. Ego eum cum doctissimis, contendo, & à Coringia & Bòclero proximum censeo, quicquid censeant alii Elementa illa juris, quibus suum præscripsit nomen, alium parentem, aliam obstericem habuerunt, atque putant vulgò. Quisquis verò tandem eorum auctor sit; illud fatendū omninò est, multa ibi subtilius, quàm utiliùs, multa acutiùs, quàm veriùs tradita reperiri. Ut vel hoc mihi indicio sit, aliquem in pulvere Euclideo

Doctorem iis elucubrandis insudasse. Dissertationes alioqui vulgavit minimè contemnendas & summis hujus seculi viris maximè æstimatas. De cujus Monzambano si quædam repeterem; actum puto, agerem. Satis enim noster laudatus est, quem Regum Principumq; favore subnixum accepi. Nunc, opinor, Holmiam Svecorum pervenit, hanc & Upsaliam, & ipsam adeò Sveciam laudibus illustraturus. Interim dolet Germania, Virum sibi ereptum; Svecia traditum amplectitur, & eo nomine gaudet in sinu.

9. JOH. THEODORUS SPRENGERUS.

Hunc ut non negem variarum rerum maximè expertum, & juris civilis notitia haud leviter imbutum, tamen vix est, ut credam solidis Politicorum disciplinis fuisse innutritum. Jam distinguenda confundit, Jam decidenda prætermittit; mox prætermittenda adducit; mox perperam existimat de adductis, Opuscula ejus de imperio plus laboris, quàm judicii præ se ferunt. Axiomata status, quæ vocat, ex Hieronymo im Hof audacissimè descripsit, Præensiones, quas exhibuit, mutilæ sunt & mancæ. In minimis sæpe hæret, & in maximis impingit. Quin & aliquando de manifestis dubitat, & de dubiis confidentiùs pronunciat, ut nesciam, magisne præceptum censor sit, an anceps interpret. Clausa illa juris Publici arcana non satis penetrat. Nec elegantia in scribendo, nec accuratatione in digerendo, neque judicio in deviniendo ex dignitate operis utitur. Et tamen liber librum trudit, magisq; facundum se, quàm felicem ostendit. Scilicet alios vulgus, alios Parnassus laudat.

10. JOHAN. FRID. HORNIUS.

Eum quin cum præstantissimis conferam, vix possum dubitare. Mentis acumine, neque impari facundia pollet præ cæteris. Tantum ex prudentia morum, ac notitia rerum civilium tulit laudis, quantum in iis industriæ collocavit. Disertum Buchnerus, consultum Zieglerus reddidit. His atq; aliis tum à natura bonis, tum ab arte subsidiis adjutus, jam sibi, ut hominum ingenia sunt, sapere, & spiritus conditione sua altiores sumere cœpit. Hinc tandem eò audaciæ processit, ut & irritum acumen exerceret, & principia suo jam arbitrato fingeret. Clarissimo sane Wendelero, horum studiorum Professore, toties litem movit, quoties suggestum ascendit. Quo animo cum esset, opiniones, quas imbiberat ita mordicus defendit, ut nec monentibus cederet, & dissidentibus morosè satis repugnaret.

Her-

Herculi citius clavam extorsisses, quàm illi dominium eminens. Tanta illi in opinionibus religio, ut pene cum superstitione conjunctam diceres. Rationes ut sæpe gravissimas, ita aliquando magis speciosas profert, quàm solidas. Sique in nulla alia re, saltem in libidine, rixandi præsidium ponit. In Architectonica, quam vocat, multa cœpit architectari & Sapiente indigna, & viro cordato minime ferenda. Multa tamen etiam ibi invenias bono publico profutura, si cum delectu legas & cura. Sed & pulchra dicendi ratione tantum claruit, ut multos pares, paucos agnoscat superiores. Jus bestiarum non modò præclare definivit, sed etiam luculenter exposuit. Plus tamen sæpe bilis, quàm rationis, saltem moderationis, ostendit, diris, ira, minis, plenus. Quod argumento est, ingenia magis excitata plurimum esse immoderata. Si votis mihi cum eo agendum sit, nolim in gloria silentio consenescere, ut qui mereatur versari in luce. Si Wittebergam expectasset, indulgentiorem fortè matrem habuisset, & summum pariter studiis Patronum reperisset illustrissimum Saxonie Lycurgum, Literarum quæ & Literatorum omnium & sanctioris Consilii Principem, Carolum Frisium, Herodem in toga, omni ævo excelssimè laudandum.

## II. JACOBUS LE-BLEU.

Scriptor gravis est & cordatus, meliori quàm stylo, & rerum majestate in quàm plurimis Philippo Cominæo prior. Eloquentiam magis componit ad ubertatem Italicam quàm ad sylvitatem Romanam. Vir est sine fuce, & linguis exteris ita imbutus, ut non possit melius quis exteris, Nec libidinem rixandi, nec ostentationem amat, veteri probitate contentus. Præter summum animicandorem, maximam doctrinæ indolem omnes agnoscunt. Inter cætera ingenii argumenta laudaverim ejus de futuro Consiliario instructionem, Principem, dissertationum publicarum exquisitissimum opus. Ne in præsens referam, quod plurima Italicè & Gallicè scripta reddiderit Latinè. Mallet tamen paulò tersius reddidisset.

## 12. GEORGIUS HORNIUS.

Ejus compendia, quæ jam orbis, jam Arcæ titulo donavit, variis erroribus esse permixta, nemo doctiorum potest negare. Alios improvide sequitur, alios incautè describit. Illinc pudor, hinc ignavia redundat. Quædam ab eo in levi habita, quæ laudata oportuit. Res civiles non semel malè explicavit, arcana imperiorum ne nequide intellexit. Quod non miror, cum domesticas quoque ignoraverit antiquitatis, Frisiorum Batavorumque; origines tam frigidè interpretatur, ut non ca-

piam, quid causæ fuerit, quòd tantis à Boxhornio laudibus fuerit affectus. Sed nolim ejus mihi iram concitare, cujus phrenesin vereor. De absurdis Arcæ Mosis, nil monebo. Moneat aditus ipsius libri. Sed ista cura ad sapientiæ, non ad prudentiæ magistros pertinebit. Mihi sufficiat, in præsens ostendisse Orbem ejus Politicum, & Imperantium, plures emptores, quàm æstimatores habere. Nimirum hæc fata librorum sunt, ut opinone Vulgi magis content, quàm judicio Parnassi.

13. PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS.

Ne subeat mirari, Theologum in Politicorum referre numerum ausim. Nam ut quondam corrumpere & corrumpi, seculum vocabatur; ita hodie mutare & mutari, planè in legem abiit. Theologus Politicum. Politicus Theologum vult præferre, induere non dixerim. Laudat ejus labores Tobias Wagnerus. Sed is Theologus est. Politici judicium expecto. De Sylloge ejus Genealogica jam olim judicarunt doctissimi Ephemeridum auctores, Ego plus ab oleo laudandas credam, quàm ab animo. Nam plurimum diligentia, parum sæpè judicii apparet. Theatrum Nobilitatis Europæ magna quidem nomina habet, sed non nisi vulgariter, & unde limitioribus nausea existat, descripta. Jus ejus Heraldicum Gallicæ sagacitati aurisum movet, aut bilem.

*Tac. de mor. Germ. XIX 3. Epiph. XXXIX. pag. 451. ex v. Nitzs.*

14. JOH. FRID. POPPING.

Orbis, quem inscripsit, illustratus, adeò non illustrat hujus famam, ut quoque obscuret. Vix dici potest, quanta de hoc libro nondum edito fuerit expectatio, & quantæ laudes. Quibus jam eò plus decedit, quò minus respondit promissis.

15. JO. VV. RELFENDSO HEROMONTANUS.

Vel ex titulo, quem libello præscripsit, collegi, non esse eum, quem polliceatur. Nam & verbis in eo plerisque utitur barbaris, & minus decorè cohærentibus. Librum redeuntis anni exordium, spero, afferet. Quem si fuerim adeptus, faxo, ut quilibet sciat, quid de eo sentiat Parnassus, & quanto simul à Monzambano intervallo differat.

*Suet. in Aug.*

Vix hæc pronunciaveram in Sanctori Concilio, quod Censorium dici Apollo voluit, cum vergens in noctem, dies institutum interpellavit, & judicia in alium diem rejicienda, vel invito dixit in aurem. Obsequor, quæ mea erga Apollinem pietas est, & moram fortasse non inutilem neco. Futuris, quæ in verum te impus incidunt, Nundinis plures publica formula ad Censorium hoc tribunal vocandos reservavi. Ex quibus nomino Feldeum, Joh. Lœccenium, Kranichfeldium, Hefenthalerum, Ernestum Gokelium, I. Brandium, Felvvingerum, Pellerum, Textorem, I. I. Winckelmannum, Christianum, à Teuteburg, aliosq; vel laude, vel censura dignos. Non refragabor, nec me angert, si eadem, in me, qua ego in ipsos, censoria uti virgula cœperint. Enim verò mihi persuasissimum habeo, in libera Literatorum Republica liberas linguas esse oportere. De exteris etiam dicturum me recipio, si gratum hujus judicii specimen fore acceperim. Cum minimè committendum esse videatur, ut vel domi, vel foris quisquam huic sortè se exemptum possit gloriari. Homines fumus, nil humani à nobis alienum arbitratur. Nam quid de præclarissimis quibusq; ingeniis sentiam, studio veritatis, & liberali quodam animo referre, nulla opinor, lex prohibet, nulla ratio vetat. Nil eò dixi, nil eò scripsi, ut offenderem, sed ut ingenio nostri seculi more judicia consideranda aliis aperirem, nemini simpliciter approbanda præscriberem. Invidiam, odia, suspiciones, quæ mihi nil prius unquam fuit, nil prius unquam erit. Liberaliter judicavi, à convitiis abstinui, calumnias abominatus sum. Hic meus animus est, hoc nunquam esse desinam, a seculæ operam daturus, ut neq; dicam, neque faciam aliquid, quò quis unquam possit offendi.

F I N I S


uerit affectus. Sed no-  
punitis Arca Moysi,  
rentia non ad proden-  
ille Orbemque Politi-  
habere. Nimirum hac  
iudicio Paru-  
LIS.


rum autem. Nam re-  
the mutare & mutari  
ologum vult praeter-  
us, Sed is Theologus  
iam olim iudicaturus  
das credam, quam ab-  
ret. Theatrum Nobis  
ulgenter, & unde il-  
Gallica legaciani aut

s famam, ut quoque  
fuerit expectatio, &  
pondit promissis


ANUS.  
m quem pollicetur.  
obarenibus. Li-  
im adeptus, raro, ut  
la Montambano in-


ullo modo, cum vegens  
et in arborum artem  
em necin. Fumus, que  
in hoc tribunal vocandus  
Heliasterum, Em-  
paganorum, Cullie-  
regibatur, nec ne age-  
sui periculissimum le-  
a etiam dicitur ar-  
mentum esse fidem.  
nes fumus, si lamini  
sunt, suo verita-  
e. Nihil, nil co-  
lis sperem, nemini  
subtilissimas non  
gras unquam fuit,  
comitatus sui. Hic  
tam, neque facium a-
















the scale towards document

mani à se alienum putare debere. Satis de Bocle-  
tiam, audacis, laudes minuere, ingrati poterat  
aliò vertenda est.

VETERINUS DE MONZAMBANO.

Italorum linguam composito latere voluit, ut &  
Germanum, & liberiores Italorum in iudicando  
imeret conatu. Nitide omnia descripsit & succin-  
ferta prudentia suos lacertos, & dignum aliquid  
omit. Formulas illas ex schola non quidem nesci-  
neglexit Hoc enim & mascula Veterum sapientia  
um temporum ex asse convenit. Castigavit eum  
us, qui vicissim castigetur. Fortasse tamen cum  
quam morb<sup>9</sup>, dum in Monzambanium commen-  
tioribus excusabit. Scriptor Fleuthero politanus  
nis, & propter ariditatem tædiofus est lectu; nec  
n comparationem gloriæ referendus. Quando-  
c nihil in hoc deprehendo, quin scholam oleat &  
ia à nativo prudentiæ cultu abeunt, ut nil ibi vi-  
si fractum aut elumbe, aut saltem ascitum atq; pe-  
is illi Pacificus à Lapide est, multis notatus, pau-  
or utrumq; à multis carpi, & fideliter tamen à car-  
Nempe id hodie solenne est, ut scriptor scriptori  
dum ipse non habet, unde se ornet, aliis plomis  
ritati & omnibus bonis fucum facturum. Sed hoc a-  
quid in Monzambano quoq; desiderem, est pro-  
stupidissimus colliget si non omnia, tamen potif-  
ecipiam laudem mereantur, ex fontibus Conrin-  
in ejus areolas, alioqui steriles futuras maximè,  
tiam sibi non satis constat, & sine iudicio quosdã  
lebrat, prout suo in quemq; trahitur amore. In Pa-  
on obscura ejus sunt studia. Parùm sæpè æquus in  
tax simul deprehenditur. Saxones cur minus lau-  
ausa. Imò iis exprobrat, quæ non assequitur, re-  
abstrusas aut non voluit, aut non potuit intelli-  
illam de forma Imperii Controversiam non mi-  
avit, quàm jejune decidit. Hic temerarii consilii  
ari iudicii exitus est, Fortasse hunc Nicri colorem  
frigi-